

ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΟΣ
ΚΑΡΔΗΝΑΛΕΩΣ ΚΑΙ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
ΕΛΕΓΧΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΒΛΑΣΦΗΜΙΩΝ
ΠΡΩΤΟΣ.

U1 B1 V3

Κεφ. α' Τίς ἡ αἰτία τῆς συγγραφῆς.

6

- 1, 1** Ἀφίκετο ἡμῖν ἐς χεῖρας βιβλίον τι Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους ἐπαγγελλόμενον σύγκρισιν. αὐτίκα γε οὖν ἤσθημεν τῷ εὐρήματι καὶ ὥσπερ οἱ λίχνοι περὶ τι τῶν ἐδεσμάτων, πάντων τῶν ἀνά χεῖρας ὀλιγωρήσαντες περὶ τὴν ἐκείνου ἀνάγνωσιν πᾶσαν ἐπεποιήμεθα τὴν σπουδὴν. ἤλπίσαμεν γὰρ ἐν αὐτῷ τῶν ἑκατέρου εἴτε φυσικῶν εἴτε ὑπερφυῶν εἴτε λογικῶν εἴτε καὶ 10 ἠθικῶν δογμάτων εὐρεῖν ἐκθεσιν σύγκρισίν τε πρὸς ἀλλήλα, καὶ ἥ μὲν τόδε τῷδε συνάδει, ἥ δὲ τόδε τοῦδε ἀπάδει, καὶ τίσι μὲν λόγοις ἐκεῖνο, τίσι δὲ τοῦτο δείκνυται, καὶ πότερον ἡ πρώτη οὐσία ἢ ἡ δευτέρα κυριωτάτη, καὶ τί μὲν ὕλη καὶ εἶδος Ἀριστοτέλει, τί δὲ μέγα καὶ μικρὸν Πλάτωνι βούλεται, καὶ πῶς ἡ ἐντελέχεια τῇ αὐτοκινησίᾳ ἐπὶ ψυχῆς συμβαίνει, καὶ εἴ τινα 15 χωριστὰ εἰσὶν εἶδη ἢ πάντη ἀχώριστα, καὶ εἰ χωριστὰ, πότερον καθ' αὐτὰ ὑφ' ἑστώτα ἢ ἐν ψιλαῖς κείμενα ἐπινοίαις· καὶ πῆ μὲν ὁμωνύμως, πῆ δὲ συνωνύμως τῶν ὄντων κατηγορεῖται τὸ ὄν, καὶ πῆ ἡ διαιρετικὴ μέθοδος, ὁ φιλοσοφίας θριγκός, τῇ ἀποδεικτικῇ ἐπιστήμῃ ταῦτόν, πῆ δὲ ἕτερον, καὶ πότερον ἀγέννητον πάντη τὸ πᾶν καὶ αἰδίον ἢ γενητὸν καὶ φθαρτὸν ἢ γενητὸν 20 καὶ ἀγέννητον καὶ ἅμα αἰδίον, καὶ πῆ μὲν γενητὸν, πῆ δὲ ἀγέννητον, αὐτό τε καὶ ἡ ψυχὴ· καὶ εἰ ὁ θεὸς καὶ αὐτῆς τῆς οὐσίας ἢ μόνης ἐστὶ τῆς κινήσεως τῶν φυσικῶν αἴτιος καὶ δημιουργός· εἰ ὁ οὐρανὸς πέμπτον ἐστὶ τῶν ἀπλῶν σωμάτων ἢ ἐν τῶν τεττάρων· καὶ πότερον τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ καλὸν ἢ τὴν θεωρητικὴν ἐπιστήμην ἔσχατον τέλος εἶναι ἀνθρώπου θετέον· 25 καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὲ μεγίστων δογμάτων τῶν φιλοσόφων, ἄκαιρον γὰρ καὶ φιλοτιμίας εἰκαίας δόξειεν ἂν πάντα νῦν καταριθμήσασθαι. περὶ τούτων οὖν **B1^v** πάντων ἢ τῶν γε πλειόνων ἐντυχεῖν παρὰ τῷ βιβλίῳ καὶ μάλα ἠλπίκαμεν. τοῦτο γὰρ καὶ ἄλλοι τῶν πρὸ ἡμῶν Ἑλλήνων τε καὶ Ῥωμαίων, οἱ μὲν Πλάτωνι, οἱ δὲ Ἀριστοτέλει συνιστάμενοι πεποιήκεσαν, τὰ μὲν ἐγκρίνοντες, 30 τὰ δὲ ἀποκρίνοντες. εἰσὶ δὲ καὶ ταῦτά τε πάντα τῷ τε φιλοσόφῳ ἀλλήλοισιν διαλλάττοντες ἢ διαλλάξαι ὑπεσχημένοι, ὡς Συμπλίκιός τε παρ' Ἑλλησι

1 U *suprascriptio antiquior*: Ἐλέγχων τῶν εἰς Πλάτωνα βλασφημιῶν πρῶτος, ἢ τῶν πρὸς τὰς κατὰ Πλάτωνος βλασφημίας ἀπολογητικῶν πρῶτος, ἢ τῶν πρὸς τὰς κατὰ Πλάτωνος συκοφαντίας ἀπαντήσεων πρῶτος. U *suprascriptio recentior*: Βησσαρίωνος καρδηνάλεως καὶ πατριάρχου τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐλέγχων τῶν κατὰ Πλάτωνος

BESSARIONIS
CARDINALIS NICENI ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI
IN CALUMNIATOREM PLATONIS
LIBER PRIMUS.

5 Cap. I. Quae causa scribendi fuerit,
et de tribus calumniis Platoni obiectis, videlicet imperitia,
discrepantia a nostra religione et vitae turpitudine.

Incidit nuper in manus nostras liber quidam, qui Platonis atque Ari- 1, 1
stotelis comparisonem pollicebatur. Eum mox libenter avideque amplexi,
10 posthabitis ceteris rebus incredibili desiderio legere orsi sumus. Spera-
bamus enim fore, ut utriusque philosophi sive de rebus naturalibus sive
divinis sive iis, quae ad mores pertinent sive ad disserendi rationem, quam
vocant logicen, expositionem aliquam comparisonemque inveniremus, quo-
modo invicem duo summi viri aut convenient aut discrepent, quibus id
15 rationibus probetur, et utrum prima an secunda substantia potior sit, quid
apud Aristotelem materia et forma, quid apud Platonem magnum et par-
vum, quo pacto entelechia motui, quo per se anima movetur, conveniat;
an formae aliquae separatae sint, an prorsus inseparatae, quodsi separatae
sunt, utrum per se substent, an in secundis animi conceptibus positae sint;
20 tum quomodo aequivoce, quomodo univoce ens de entibus praedicetur, ut
ratio illa dividendi, quam Plato philosophiae saepe appellat, idem cum
demonstrandi scientia sit, an diversum; an mundi haec compago ingenita
atque aeterna, an genita fluxaque sit, an vero et genita simul et ingenita
atque aeterna, et quomodo genita, quomodo ingenita, tum haec tum anima
25 dici possit; utrum praeterea deus ipsius substantiae, an dumtaxat motus
naturalium rerum causa sit atque opifex; quintumne simplicium corporum
dici caelum oporteat, an unum ex quattuor; quis praeterea ultimus homi-
num finis censi debeat, virtusne atque honestum, an scientia contem-
plandi. His aliisque huiusmodi summorum philosophorum opinionibus, ne
30 in singulis immoremur, plenum fore librum existimabam. Hoc enim veteres
plerique tum Graeci tum Latini fecere, Platonis alii, alii Aristotelis ratio-
nibus faventes, et haec quidem probantes, illa refellentes. Fuerunt etiam, qui
convenire inter sese duos philosophos summo ingenio nixi sunt ostendere,

βλασφημιῶν πρώτος. | 18/19 τῆς φιλοσοφίας M | 19 θριγγός Codd. | 26 ἐπιστήμην B V]
U^x corr. ex ἡδονῆν | 28 δογμάτων B V] U^x corr. ex πραγμάτων | 27 εἰκείας] εἰκείας
U B V vel legendum οἰκείας | 81 τῷ τε φιλοσόφῳ B V] U^x corr. ex τοῦς τε φιλοσόφους

περί τινων εἵργασται καὶ παρὰ Λατίνους Βοήθιος, ὃς πολὺς ἐπηγγείλατο· εἰ γὰρ καὶ πεποίηκεν, οὐκ ἴσμεν, βιβλίων τοιούτων γε αὐτοῦ νῦν οὐχ εὕρισκομένων. ὥοιμην οὖν καὶ τὸν πατέρα ἐκείνου τοῦ συγγράμματος δόξαν ἑαυτῶ περιποιούμενον καὶ σοφίαν τε ἅμα καὶ εὐφυΐαν ἐπιδεικνύμενον τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸν ποιήσειν καὶ ἢ συνάδοντας δείξειν τοὺς φιλοσόφους ἢ γοῦν ἐγκρί- 5 νοντα τὸν ἕτερον λόγοις τε αὐτὸ τοῦτο δείξειν, τοῖς μὲν Ἀριστοτέλους συνηγοροῦντα δόγμασιν, εἰ τοῦτο ἠβούλετο, τὰ δὲ Πλάτωνος φαυλίζοντα, καὶ τὴν αἰτίαν, ἢ φαυλίζοι, ἀποδείξει τε καὶ λόγων ἀνάγκαις τοὺς ἀκούοντας διδάξειν.

■ Ἐγαννύμην τε οὖν τῶ εὐρήματι διὰ ταῦτα καὶ πῶς οἶει τῆς ἀναγνώ- 10
 U2 σεως ἐνεφορούμην καίτοι προσάντει μὲν εὐθύς ἐξ ἀρχῆς ἐντυχῶν τῶ λόγῳ
 V4 καὶ λοιδοριῶν ὄζοντι μεγίστων, ἐλπίζων δὲ ποτε ὁμῶς περαιτέρω τοῦ λόγου
 ἐντυχεῖν, οἷς ἐπόθουν. ἐπεὶ δὲ πάντα διήλθον τὸν λόγον καὶ ὁ μὲν θησαυρὸς
 ἀνθρακες καὶ τὰ ἐλπιζόμενα οὐδαμοῦ — πάσης δὲ λοιδορίας καὶ βλασφημίας
 καὶ δυσφημίας Πλάτωνος ὁ λόγος ἐφάνη μεστὸς καὶ οὐδὲν ἄλλ' ἢ κωμωδία 15
 ἀντικρυς ἀνακεκαλυμμένη, μᾶλλον δὲ καὶ πάσας τὰς πώποτε γεγενημένας
 κωμωδίας ὑπερβάλλον — ἐξεπλάγην τε ὅλος καὶ ἐννεὸς ἐγενόμην, οὐκ ἂν ἐλπί-
 σας τοιοῦτῳ ποτὲ ἐντεύξεσθαι λόγῳ, οὐδ' ἔσσεσθαι ἄνθρωπον, ὃς οὕτω διαρρή-
 δην τὰναντιώτατα τῶν τε ὄντων τῆ τε κοινῇ πάντων ἀνθρώπων δόξῃ λέγων
 οὐ μόνον οὐκ ἐγκαλύπτοιο, ἀλλὰ καὶ ὡς τι μέγα καὶ καλὸν λέγων, ὡς ἀγεννῆς 20
 ἀλεκτρύων, φησὶ Πλάτων, ἀποπηδῶν τοῦ λόγου ἄδοι τε καὶ καυχῶτο καὶ
 αὐτὸς ἑαυτὸν περιβλέποι. | παραβάλλον γὰρ αὐτὸν δῆθεν Ἀριστοτέλει ἐκεῖ-
 νον μὲν εὐφημίας ἐξαίρει, καὶ καλῶς γε τοῦτο ποιῶν, μεγάλης γὰρ εὐφη-
 μίας ἄξιός ὁ ἀνὴρ, Πλάτωνα δὲ τοῖς ἐξ ἀμαξῶν σκώπτει. καὶ Ἀριστοτέ-
 B2 λους μὲν καὶ βίον θαυμάζει καὶ λόγον, πᾶν εἶδος παιδείσεως, πᾶσαν παι- 25
 δεΐαν, πᾶσαν σοφίαν, καὶ ἀληθῶς γε αὐτῶ προσμαρτυρῶν, Πλάτωνα δὲ οὐχ
 ἤττονα γε Ἀριστοτέλους, ἣν γὰρ ἂν φορητόν, ἀλλ' ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον,
 οὐ ῥητορικὴν, οὐ φιλοσοφίαν, οὐ τὴν μετὰ τὰ φυσικὰ καὶ περὶ τὰ ἄϋλα ἐπι-
 U2^v στήμην, οὐ τὰ μαθηματικά, οὐκ ἄλλο τι εἶδος τῶν λόγων ὅλως ἐπιστάμενον
 ἀπερικαλύπτῳ τῆ κεφαλῇ ἀποφαίνεται. 30

■ Εἰς τρία δὲ τοῦ συγγράμματος αὐτῶ διηρημένου, ἐν μὲν τῶ πρώτῳ τὰ
 εἰρημένα ποιεῖ, λόγον μὲν οὐδένα λέγων, ὅτι δὲ Ἀριστοτέλης τέχνην περὶ
 τούτων γε συνεγράψατο, Πλάτων δὲ οὐ, τούτῳ ἰσχυριζόμενος ἀσύστατα,
 ἀσύμβατα, ἐναντία, διάφωνα ἑαυτοῖς, ὡσπερ τινὰ παιδάρια ἀμαθέστατα Πλά-
 τωνα τε καὶ τοὺς περὶ ἐκεῖνον γράφειν τε καὶ λέγειν, καὶ μηδὲν ὅλως λογισ- 35
 μοῦ ἢ συλλογισμοῦ ἐχόμενον ἢ εἰπεῖν αὐτοῦς ποτε ἢ ἐννοῆσαι — φεῦ τοῦ θρά-
 V4^v σους — ἀπαναισχυντῶν· ἐν δὲ τῶ δευτέρῳ τὰ μὲν Ἀριστοτέλους τοῖς εὐαγγελι-
 κοῖς καὶ ἀληθέσιν ἡμῶν δόγμασι συνάδειν καὶ διὰ τοῦτο ἀληθέστερα, τὰ δὲ

1 Βοέτιος *Codd.* | 3 ἐκείνου B V] U^x corr. ex τοῦδε | 8 ἀποδείξει τε B V ἀπο-
 δείξεισσι U | 9 διδάξειν B V] U^x corr. ex πείσειν | 27 ἀμαθῆ καὶ] U om. καὶ |
 33 καὶ διὰ τοῦτο ἀληθέστερα U^x in marg. B V in textu

ut apud Graecos in plerisque Simplicius fecit, apud Latinos facturum se pollicitus est Boëthius. An impleverit nescio; nullum enim tale illius opus aetate nostra venit in lucem. Existimabam itaque auctorem huius libri, quo sibi gloriam apud posteros compararet et doctrinam suam ingeniumque ostentaret, hoc idem fecisse et vel conciliasse inter sese duorum philosophorum opiniones vel alteri inhaerentem, quibus ad id rationibus duceretur, explicasse, quodsi praeferendas Aristotelis opiniones, Platonis vero contemnendas existimaret, causam eius rei demonstratione, ut par erat, ac necessariis rationibus exposuisse.

10 Laetabar itaque ea spe mirum in modum et librum singulari quadam aviditate legebam. Quamvis enim in ipso fere primordio iurgiis ac maledictis plenus occurreret, id tamen aequo animo patiebar sperans fore, ut quod optabam, progressu temporis appareret. Iam vero, ubi perlecto libro pro thesauris quos sperabam carbones, ut dici solet, inveni et desiderio
15 frustratus nihil animadverti praeter convitia et contumelias et iurgia in Platonem, — his enim dumtaxat erat liber ille refertus instar veteris comediae, immo ut plane omnes, quae unquam fuerunt, comoedias excederet, — obstupui vehementer tantae rei novitate attonitus. Neque enim fieri posse existimassem, ut tale opus in lucem unquam prodiret, aut quisquam ex omni hominum genere tam aperte et veritati et communi omnium
20 sententiae contradicens non modo non erubesceret, sed potius quasi praeclaro quodam invento gloriaretur et more galli ignobilis, ut Plato inquit, a disceptandi certamine dissiliens caneret, gestiret seque ipsum circumspiceret. Quippe Aristotelem, cui Platonem comparat, extollit laudibus, quod quidem reprehendi non potest, dignus est enim qui maxime laudetur Aristoteles, Platonem vero contumeliis afficit et iurgiis maledictisque persequitur. Admiratur Aristotelis vitam, doctrinam, eruditionem, sapientiam, omnium denique optimarum artium disciplinarumque peritiam, quod iure ab eo fieri non diffiteor, Platonem vero non modo, quod tolerabile foret,
30 Aristotele inferiorem facit, sed indoctum, ineruditum, nullam philosophiae, nullam naturalium aut divinarum rerum cognitionem habentem, ignarum artis oratoriae, mathematicarum disciplinarum inscium, omnium denique bonarum artium rudem atque inexpertum asseverat, improbum praeterea, profusum, nepotem et vitiis omnibus contaminatum.

35 Quae omnia tribus libris complexus, in primo doctrinae comparisonem facit nullis prorsus rationibus innixus, nisi quod Aristoteles artium praecepta conscripserit, Plato minime, propter quod Platonem eiusque studiosos inconstantia absurda, inepta, contraria, sibi invicem repugnantia, levia, ridicula, puerilia scripsisse ac disseruisse commemorat, nullis omnino rationibus, nullo ratiocinandi genere usos opinatur; secundo libro opiniones Aristotelis nostrae religionis verissimis optimisque sententiis consentaneas esse conatur ostendere ac proinde veriores, Platonis autem dissentire a nostris, ideoque falsas esse et a veritate prorsus alienas; tertio vero atque postremo vitam

Πλάτωνος ἀπάδειν καὶ διὰ τοῦτο ψευδῆ εἶναι, ὡς οἴεται θρασυνόμενος· ἐν δέ γε τῷ τρίτῳ τὸν σωφρονέστατον ἐκείνου καὶ φιλοσοφώτατον βίον κρίνων. φεῦ τῆς τόλμης. ἴνους αὐτὸν οὐ μίμου, οὐ παρασίτου, οὐ πορνοβοσκοῦ, οὐ κιναίδου, οὐκ ὀλέθρου, οὐ κύφωνος, οὐ βαράθρου, οὐκ ἀπάτεωνος, οὐ γόητος, οὐ καθάρματος | αἰσχροτέρων τε καὶ ἀσελγέστερον βεβιωκέναι φησὶ τε καὶ 6 δεῖξαι πειρᾶται; φεῦ τῶν λοιδοριῶν, φεῦ τῆς ἀσελγείας, φεῦ τῶν τοσοῦτων βλασφημιῶν. εἰ δὲ καὶ σὺν ἀληθείᾳ περὶ τίνος ὅλως τὰ γε τοιαῦτα ἠδύνατο λέγεσθαι, πῶς ὁ γε συγγεγραφῶς ἢ ὁστισοῦν ἄλλος λόγων γε τρόφιμος, ἢ ὢν ἢ δοκῶν, ἢ εἰπεῖν καὶ γλώττη προενεγκεῖν ἢ γράμμασι παραδοῦναι

U⁸ ἠνέσχετο ἄν; τί γὰρ αὐτῷ τῶν αἰσχίστων οὐ προσάπτει; οὐ μέθην, οὐ πορ- 10 νείαν, οὐ μοιχείαν, οὐ παιδοφθορίαν, οὐκ ἀχαριστίαν, οὐ τυραννίδα, οὐ βίαιας, οὐχ ἄρπαγὰς, οὐ μωρίαν, οὐ νόμων κακίαν, οὐ πᾶν ὅτι ῥητόν τε καὶ ἄρρητον; εἰ δὲ καὶ πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος πώποτε γεγεννημένους ἀσελγεστάτους ἀνθρώπων καὶ θηριώδεις τὸν βίον συνειληγῶς κακῶς ἔλεγε καὶ ψόγον κατ' αὐτῶν

B^{2v} συνεκρότει, τί πλέον ἄν εἶχε κατὰ πάντων ἅμα εἰπεῖν, ἢ τίσι πλείοσιν ὄνει- 15 δεσι περιβαλεῖν;

* Τούτοις οὖν καὶ τοιούτοις ἐντυχῶν λόγοις ἠχθέσθην μὲν ἐπὶ τῇ παρὰ πᾶν τὸ δέον ὄρμη τοιούτου τοῦ ἀνθρώπου, τῶν φίλων ποτὲ ἡμῖν γεγονότος καὶ λόγων ὄντος τροφίμου, κάκεινα μᾶλλον αὐτῷ βουλομένοις, ἃ ἔπαινον οὐ κατηγορίαν οἴσειεν ἄν. ἠχθέσθην δὲ μάλιστα καὶ ὅτι ἐντεῦθεν οὐκ αὐτῷ 20 Πλάτωνι μόνον οὖν, οὐ πολὺς ἡμῖν λόγος, ἀλλ' ὅτι τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν πατράσι καὶ τοῖς διδασκάλοις τῆς ἐκκλησίας, οἱ περὶ πλείστου πεποίηται Πλάτωνα καὶ τὰ χρηστότερα αὐτῷ περὶ τε σοφίαν καὶ τρόπον τῶν δογμάτων πρὸς τὰ ἡμέτερα συμφωνίαν κοινῶς μαρτυροῦσιν, οὐ μικρὰ τις ἔπεται δυσφημία, εἰ τοιοῦτον αὐτὸν ὄντα, οἷον οὕτωσι πλάττει, ἢ ἠγνόησαν 25

V⁵ ἢ εἰδότες τάναντία τῶν ὄντων αὐτῷ ἐμαρτύρησαν· οὔτε γὰρ πρὸς χρηστῶν οὔτε πρὸς σοφῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν διδασκάλων τῆς ἀληθείας οὐδέτερον τούτων ἐστίν. παρὰ δὲ ταῦτα μᾶλλον με τῶν ἄλλων ἐτάραξε καὶ ὅτι τῇ τῆς πίστεως συνηγορία, ἣν καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν λάβοιμεν ἄν, οὐ μικρὰ ἢ τοιαύτη Πλάτωνος κατηγορία λυμαίνεται. οἱ γε ἡμέτεροι διδάσκαλοι τε καὶ 30 πατέρες, οἱ τῆς ἀληθείας τῆς πίστεως θεμέλιοι, πρὸς τοὺς τὰ ἡμέτερά χλευήν καὶ γέλωτα οἰομένους ἐχθροὺς καὶ ἀπίστους ἀδύνατόν τε καὶ ἄτοπον τὴν θρησκείαν οἰομένους ἀντιταττόμενοι καὶ τὸ εὐσεβές ἅμα αὐτῆς καὶ δυνατὸν δεικνύοντες, εἰδότες τε οὐ μικρὸν εἰς συνηγορίαν φέρειν, εἰ καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς σοφωτέρων εἶναι δοξάντων τὰ προκείμενα αὐτοῖς βεβαιώσαιεν, τούτῳ ἐνὶ μά- 35 λιστα Πλάτωνι καὶ τοῖς αὐτοῦ δόγμασι τε καὶ μαρτυρίαις εἰς τὴν τῆς πίστεως ἐχρήσαντο σύστασιν, τὰ μὲν ἡμέτερα τοῖς λόγοις αὐτοῦ βεβαιοῦντες, τοῖς δὲ λόγοις ἐκείνου ἀξίωμα καὶ πίστιν ἐκ τῆς ἀπαραιμίλλου σοφίας αὐτοῦ καὶ τῆς τῶν τρόπων χρηστότητος ἐμποιοῦντες, καὶ οὕτω τὴν τε Ἑλλήνων μάνειαν τὴν καθ' ἡμῶν, τὴν τε τῶν ἄλλως ἡμῖν ἐμβαινόντων καὶ χλευήν τὰ ἡμέτερα 40

1 καὶ διὰ τοῦτο ψευδῆ εἶναι U^x in marg. B V in textu | 2 γε om. M | κρίνων] U^x add. in marg. τόλμαν καὶ ἀμαθίαν καὶ ἀναισχυντίαν παρακαλέσας, ἀπερ αὐτῷ

Platonis continentissimam, innocentissimam integerrimamque accusat ac pro sua consuetudine iurgiis et contumeliis insectatur. Pro scelus atque flagitium! Quo mimo, quo parasito, quo lenone, quo cinaedo, quo scelerato, flagitioso, pestifero, infido, fraudulento, nebulone, profuso non turpius, foedius, detestabilius vixisse illum affirmat? O novum iurgiorum genus, o iniquas calumnias et ante hunc diem inauditas! Profecto si affirmari haec de aliquo possent, nemo tamen foret usque adeo aut virtutis expers aut doctrinae, qui res adeo foedas, turpes, flagitiosas, nefandas vel proloquendo ora polluere vel scribendo inficere ac commaculare manus
 10 auderet. Heu quid iste sceleris in Platonem non evomit? Nonne ebrietatem obiicit? Nonne fornicationes, adulteria, stupra et nefandos marium concubitus? Nonne ingratitude, tyrannidem, vim, rapinas, stultitiam, legum iniquitatem et quicquid denique dici aut cogitari dirum taetrumque
 15 viros truces, agrestes, efferos, saevis ac taeterrimis moribus simul collegisset, in quos gravissime acerbissimeque inveheretur, quid obsecro te plus haberet, quod adversus omnes evomeret hic calumniator et hostis hominum et novus Timon atque alter Momus?

Haec igitur cum legissem, non potui tam iniquam hominis mentem
 20 non exsecrari, eius praesertim, qui mecum familiaritate coniunctus aliquando fuisset. Eo autem molestius illius iniuriam tuli, quod non modo Platoni, cuius cura haud me usque adeo sollicitasset, sed etiam sanctissimis nostrae religionis viris, qui Platonem semper magnificerunt et cum doctrinam eius et mores tum eam, quam in opinionibus cum nostra fide habet simili-
 25 tudinem, admirati sunt, non parum dedecoris afferre videtur, quod talem hominem, qualem hic fingit, vel ignoraverint vel falso contra animi conscientiam laudare voluerint, quod certe non est viri boni et sapientis et integri praeceptoris officium. Auget vero magis atque magis nobis indignationem, quod favorem, quem nostra religio ab exteris accipere potest
 30 auctoribus, calumniosa haec Platonis reprehensio infringere ac debilitare videtur. Quippe doctores nostri sanctissimi viri adversus eos, qui rectae fidei fundamenta deicere et religionem christianam pravis rationibus pessumdare voluerunt, eam imprimis defensionem rati sunt optimam esse, si verbis auctorum, quos ipsi tamquam sapientes sectabantur, quasi quibusdam telis
 35 eorum tela retunderent fidemque nostram illorum praesidio roborarent.

μάλιστα συναγωνίζονται, καὶ λοιδορίας κενὰς ἐκμελετήσας ὡς πρόχειροι αὐτῶ εἶεν καὶ ἀνὰ στόμα αὐτῶ ἔχοι, B V om. | ὁ τε καὶ B V] U^x in marg. | 9 γράμματι M | 6, 16 — 8, 12 εἰπεῖν — Διὰ ταῦτ' οὖν B² in marg. V M Z in textu, quo loco U ὁ βισάνος οὗτος καὶ νέος Τίμων ἢ τις ἄλλος Μῶμος εἰπεῖν; τοῦτοις οὖν καὶ τοιοῦτοις ἐντυχῶν λόγοις ἐμίσησα μὲν τὴν τοῦ συγγραψαμένου προαίρεσιν, ἠχθέσθην δ' ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ τῶν λόγων θρασυτητι, καὶ Quod etiam in B primo exstitisse videtur, sed postera rasura deletum est. V² add. in marg. ὁ βισάνος οὗτος καὶ νέος Τίμων ἢ τις ἄλλος Μῶμος εἰπεῖν;

οιομένων, τὴν τε τῆς θείας τριάδος ἀλήθειαν φλυαρούντων ἀδύνατον εἶναι ἐκ τῶν τοῦ πάντων Ἑλλήνων σοφώτερου καὶ χρηστοτέρου τοὺς τρόπους, ὡς ἡ κοινὴ δόξα ἐκράτει, εἰρημένων καὶ οἶοντε τῇ ἡμετέρᾳ εὐσεβείᾳ συνωδῶν ὄντων κατὰ κράτος ἐτρέψαντο καὶ ὡς ἱστὸν ἀράχνης διέλυσαν. εἴ τις οὖν νῦν τὸν γε τοιοῦτον τῶν τοιούτων μάρτυρα ἐξουθενεῖ καὶ χλευάζει καὶ λῆρον 5 οἶεται καὶ πάσης μὲν σοφίας ἀμοιβὴν, πάσης δὲ πονηρίας καὶ μοχθηρίας ἐμπλεων γεύεσθαι δεικνύναί πειρᾶται, πῶς οὐχ ὁ τοιοῦτος αὐτοῖς τοῖς τῆς ἀληθείας διδασκάλοις καὶ κήρυξιν καὶ τῇ κείνων δόξῃ λυμαίνεται; πῶς δ' οὐκ αὐτῇ καθόλου τῇ πίστει βλάβην οὐ μικρὰν φέρει ἐκεῖνα αὐτῆς ἀφαιρούμενος, ἀ καὶ τῶν ἔξω τῆς ἡμετέρας αὐλῆς βοηθεῖται, καὶ θύρας ἀνοίγων "Ἐλλησι καὶ 10

V 5^v τοῖς ἄλλοις τῆς πίστεως ἀμυήτοις κατ' αὐτῆς ἐπιχειρεῖν τε καὶ ὁρμᾶν ἐφιεμένοις;

U 3^v Διὰ ταῦτ' οὖν ἅπαντα, εἰ καὶ Πλάτωνι μὴν καὶ τῇ ἐκείνου δόξῃ οὐ περὶ ἄκραν μόνον σοφίαν, ἀλλὰ καὶ τρόπων χρηστότητα καὶ ἠθῶν, οἷς κοινῇ πάντων γνώμῃ πάντων ἐκράτησε καὶ πάντας ὑπερεβάλετο, μηδὲν διαφέρει, εἴ τις τοιαῦτα κατ' αὐτοῦ λέγοι, οὐδὲ γὰρ ἂν οὐδὲ ἡλίου τὰς αὐγὰς νέφη 15 καὶ σκιά γῆς ἢ ἐμίχλης σύστασις ἐπισκοπήσειεν ἂν, τῇ γε μὴν τῶν διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας περὶ τε πίστιν καὶ ἀγιότητα, περὶ τε ἄκραν σοφίαν δόξῃ, τῇ τε συνηγορίᾳ τῆς πίστεως, ἢ ἡμῖν καὶ ὁπωσοῦν δύναντες, συμβαλλόμενος, εἴ γε κάμῃ τοῦτο ἄτε μέλει καὶ μέρει ὄντι τῆς ἐκκλησίας καθήκοι, καὶ ἅμα εἰς ἀκοῆς γε ὁπωσοῦν καὶ ὄντινοῦν τά γε τοιαῦτα ἦκειν δεινὸν ἡγούμενος, 20 μάλιστα δὲ γε Λατίνων — ἀνδρῶν σοφῶν μὲν οὐ μέντοι οὔτε τάκεινου πάντα μεταγεγραμμένα ἔχόντων καὶ εἴ τι ἔχοιεν, οὐ πάνυ σπουδαζόντων περὶ ἐκεῖνα — τῇ ἀληθείᾳ συνηγορῆσαι δεῖν τοῖς βραχέσι τούτοις λόγοις φήθη. τὴν μὲν

U 3^v Πλάτωνος περὶ πάντα σοφίαν λόγοις τέ τισι πιθανοῖς καὶ ἐξ ἱστορίας καὶ τῆς κοινῆς πάντων δόξης τὸ ἰσχυρὸν ἔχουσιν ἔτι τε καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πλά- 25 τῶνος συγγραμμάτων μαρτυρίας παριστάς, τὴν δὲ ἐπιείκειαν καὶ περὶ τὰ ἦθη χρηστότητα ἐξ αὐτῆς τε ταύτης τῆς κοινῆς φήμης καὶ τῶν αὐτοῦ λόγων τε καὶ ἐπιταγμάτων, καὶ οἷς τοὺς ἄλλους διδάσκων ἐνομοθέτει τε καὶ ποιεῖν προὔτρεπετο, ἀποδεικνύς, ἀ "Ἐλλησι μὲν οὕτω γνώριμα πάντα, ὡς μηδὲν αὐτῶν εἶναι φανερώτερον, Λατίνοις δὲ τε τοῖς καθ' ἡμᾶς, καίτοι τῶν πατέ- 30 ρων αὐτοῖς καὶ σοφίας καὶ γένους τῶν ἀρχαιοτέρων δὴ τούτων καὶ θείων ἀνδρῶν εἴτε τῶν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς εἴτε καὶ τῶν τῆς ἔξωθεν Πλάτωνος πολλῶ τῶ μέσῳ πάντων ὑπερτιθέντων ἐν πᾶσι τῶν ἄλλων, ὅμως αὐτοῖς ταῦτά γε τῶ τε μήκει τοῦ χρόνου, τῶ τε περὶ τάκεινου ἀμελετητότερον ἔχειν οὐχ οὕτω δῆλα ὄντα, ταῦτα οὖν τοῖς αὐτοῦ λόγοις, ὡς εἴρηται, ὑπ' ὄψιν ἅπασι παριστάς. 35

6 V 6 Ἐρῶ δὲ ταῦτα ἀπλῶς τε καὶ ἄνευ τῆς οἰασοῦν φιλονεικίας τὴν ἀλήθειαν μόνον προκειμένην καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, οὐχ ὕβρεσι τὸν ταῦτα συγγραψάμενον ἀμυνόμενος καὶ κακῶ τὸ κακὸν ὃ φασιν ἰώμενος. οὐ καὶ

B 3 τὸ ὄνομα ἐκὼν εἶναι παρέρχομαι, τῶν συνήθων γε ἡμῖν γεγενημένου, καὶ τό γε εἰς ἐμὲ ἦκον, οὐδ' ἂν τις αὐτὸν ἔγνω ποτέ, ὅστις γεγένηται· δυσφημία 40 τε γὰρ αὐτῶ παρὰ τοῖς νῦν τε παροῦσι καὶ τοῖς ἐπιγενομένοις ἔψεται μά-

U 4 λιστα, εἰ τοιοῦτός γε αὐτὸς ὢν κατὰ τοιοῦτου ἀνδρὸς ἀκόλαστον ἐκίνησε γλώτταν. ὃ τε γὰρ τρόπος ἡμῖν οὐχ οἷος ὕβρεσι χαίρειν ἀνθρώπων, ἀπαγε.

Itaque Platonem mihi imprimis quasi optimum testem citarunt et dictis ipsius, quantum peregrino testimonio fieri potuit, fidem nobis divinitus traditam confirmavere, ea ratione imprimis illius auctoritatem secuti, quod simul et doctrinae et morum ei palmam tribui ab omnibus sentiebant. Si quis igitur tam grave Platonis testimonium contemnit ac pro nihilo habet longeque a nostrae religionis usu alienum esse existimat, dum eum ignarum, improbum, stultum, scelestum, flagitiosum fuisse contendit, quomodo doctoribus nostris et verae fidei propugnatoribus non adversatur et quasi acerrimus hostis bellum indicit? Aut qui fieri potest, quin maximum afferat nostrae religioni detrimentum, dum exterorum praesidium nobis aufert, quo maxime adversariorum vim propellere ac propulsare possemus? Profecto qui haec a nobis auxilia tollit, hic plane favere illorum parti videtur, qui religionem nostram oppugnant, et quasi aditum aperire hostibus, ut impetu facto eam depopulentur atque devastent.

Quapropter favendum imprimis censui auctoritati sanctorum virorum, elaborandumque mihi summo studio, ut religionem, cuius membrum divina pietas me esse voluit, pro mea virili tuear atque defendam, tum etiam Platoni succurrendum, cui tametsi propter doctrinam morumque praestantiam non magis obesse linguae procacitas potest, quam tenuis nubecula radiantem solis splendorem obscurare. Perabsurdum tum et periniquum iudicarem legi haec sine contradictione, ab hominibus praesertim Latinis, qui aut Platonis opera non habent, aut si qua habent in Latinam linguam conversa, perraro ea legere consueverunt. Atqui Platonis doctrinam variam atque multiplicem tum diversis rationibus et auctoritate historiae communique omnium sententia tum ipsius operum testimonio demonstrabimus, morum vero praestantiam et integritatem vitae non solum fama publica, sed eius ipsius sermonibus atque praeceptis ostendemus, quibus homines hortatur ad bene beateque vivendum. Haec enim etsi Graecis hominibus cognita atque explorata sunt, a Latinis tamen nostrae aetatis ignorantur. Nam licet maiores eorum, tam exteri quam ecclesiae doctores, Platonem ceteris omnibus in quovis doctrinae genere longe praeferendum anteponendumque censuerint, obscuravit haec nihilo minus seu vetustas seu incuria et negligentia hominum, ita ut in paucissimorum notitiam venerint. Aggrediar igitur institutum opus et ipsius, ut dixi, Platonis verbis rem omnibus ante oculos ponam.

Dicam autem simpliciter animo ab omni contentione libero et ad solam veritatem spectante nec contumeliis contumeliosum ulciscar auctorem, malo, ut dici solet, malum emendans, quin etiam scriptoris nomen non

1/2 ἐκ τῶν τοῦ] M om. τοῦ | 2 σοφώτερω καὶ χρηστοτέρω M | 9 μικρὰν] μισθὰν M | 14 διαφέροι B V] B supra rasura, U διαφέρειν οἰόμενος | 16/19 τῇ γε μὴν — καὶ ἄλλα U om. B² in marg. V M Z in textu | 21 μάλιστα B V καὶ μάλιστα U | ἀνδρῶν σοφῶν μὲν οὐ μέντοι U om. B² in marg. V M Z in textu | 28 δεῖν B V] U^x in marg. | 39 εἶναι B V] U^x in marg. | 42 γε B V] U^x in marg.

λοιδορούμενός τε αὐτῷ οὐδὲν προὔργου ποιήσαιμι ἄν· οὔτε γὰρ ἀπολογία ὑπὲρ Πλάτωνος τοῦτό γε ἐστίν, εἰ καὶ ἄλλοι τοῖς αὐτοῖς ἐνέχοιντο ἐγκλήμασιν, οὔτε ἱκανὴ δίκη τῶν λοιδοριῶν Πλάτωνος τὸ ἀντιλοιδορεῖσθαι τοῖς ὕβρισταῖς καὶ ταῦτα τοιούτοις. εἰ γὰρ αὐτὸς τοιαῦτά τε καὶ τοσαῦτα κατὰ Πλάτωνος εἶρηκεν, ἃ οὐκ ἂν οὐδ' ἅπασιν ἅμα τοῖς πρότερον γεγενημένοις 6
μαχθηροῖς προσῆκεν ἄν, τί ἂν τις κατὰ τοῦτου τοῦ συκοφάντου εἰπὼν τοῦ προσήκοντος τύχοιεν; ἐρῶ δὲ οὐ πρὸς πάντα αὐτοῦ καθ' ἕκαστον ἐπεξιῶν — ἐστὶ γὰρ ὁ λόγος ἀπέραντος — ἀλλ' ὀλοσχερῶς περὶ ἐκάστου τῶν τριῶν ἐγκλημάτων τὸν λόγον ποιήσομαι. πρῶτον τὴν ἐπὶ πάντα σοφίαν τε καὶ παιδείαν τ' ἀνδρός, εἶτα τὴν τῶν δογμάτων αὐτοῦ πρὸς τὰ εὐαγγελικὰ καὶ ἡμέτερα 10
συμφωνίαν, τέλος τὴν τῶν ἠθῶν αὐτοῦ χρηστότητα καὶ τῶν τρόπων τὴν ἐπιείκειαν καὶ τὸν φιλόσοφον βίον τοῖς μὴ εἰδόσι παραστήσω. καὶ ταῦτα ποιήσας, εἴ τι καὶ ἄλλο τῶν ἐν τούτοις καιριώτερον κατ' αὐτοῦ ὁ κατήγορος εἶρηκε, καὶ πρὸς ἐκεῖνα καιροῦ τυχῶν ἀπαντήσομαι θεὸν ἐπικαλεσάμενος.

Κεφ. β'. Διὰ τί Πλάτων περὶ τῶν θείων πραγμάτων ἦτοι 15
οὐδὲν ἢ αἰνιγματωδῶς τυγχάνει συγγεγραφώς.

2,1 Ἐπεὶ δὲ τὸ μέγιστον τῶν Πλάτωνος ἀμαθίας κατηγορημάτων ἐστὶ τὸ μὴ περὶ τῶν ἐπιστημῶν συγγεγραφέναι μηδὲ παραδεδωκέναι μηδὲν ἐν γράμμασι 4
περὶ γε τῶν τοιούτων ὡς Ἀριστοτέλης, εὖ γε ἐκεῖνος καὶ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ ἡμέτερᾳ πεποίηκε, καὶ ταύτῃ μόνον ἀποδείξει χρώμενος ὁ κατήγορος καὶ 20
V 6^v οὐδεμιᾶ ὅλως ἄλλη καταφέρεται τ' ἀνδρός καὶ πάσης ἐπιστήμης ἀπειρον τὸν σοφώτατον ἐκεῖνον, φεῦ τῆς τόλμης, οἴεται δεικνύναι, πρῶτα μὲν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐ παρακατέθετο γράμμασι τὰς ἐπιστήμας καὶ μάλιστα γε, ὅσαι τῶν θείων καὶ νοητῶν εἰσὶ πραγμάτων, ἐροῦμεν. Ἐπειτα καὶ ἄλλως πρὸς τὰ εἰρημένα ἀπαντήσομεν. 25

2 Λανθάνει τοίνυν οὐδένα τῶν περὶ λόγους σχολασάντων πρῶτόν τε καὶ B 3^v μέγιστον εἶναι τῶν Πυθαγορείων παραγγελμάτων τὴν σιωπὴν καὶ τὸ μὴ δεῖν ἐκφέρειν τὰ ἐν ταῖς σχολαῖς λεγόμενα πρὸς τοὺς ἀμυήτους, πενταετίας τε μὴ ἐξεῖναι τοῖς φοιτηταῖς ὅλως μήτε πυθέσθαι μήτ' ἀνακρίνειν τὰ ὑπὸ διδασκάλων λεγόμενα, ἀλλ' ἡσυχῇ τε καὶ σιωπῇ πάντα ἀκούειν, εἶτα πενταετίας 80
διαγενομένης ἢ ἐγκρίνεσθαι ἢ ἀποκρίνεσθαι τῆς κοινωνίας τοὺς ἀξιούς ἢ ἀναξιούς ἐν τῷ εἰρημένῳ χρόνῳ ἀναφανέντας, τούτους τε διὰ βίου παντός παρ' ἑαυτοῖς τὰ μυστικώτερα ἐκεῖνα τῆς θεολογίας δόγματα κατέχειν καὶ μὴ τοῖς ἀναξιῶς ποιεῖσθαι κοινά, — ὅμοιον τοῦτο τοῖς εὐαγγελικοῖς παραγγέλ-
U 5^v μασι «μὴ δότε», λέγοντος, «τὰ ἅγια τοῖς κυσί, μηδὲ βάλλητε τοὺς μαργαρίτας B 5
ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων.» — ταῦτά γε ἀπὸ φωνῆς μόνον καὶ οὐκ ἐν γράμμασιν ἢ τοὺς ἐξηγητὰς τοῖς φοιτηταῖς παραδιδόναι ἢ τοὺς ἐταίρους ἀλλήλοις κοινοῦσθαι, ὡς δὴ καὶ ἀσφαλέστερον οὕτως τὰ θειότερα τῶν δογμάτων φυλαττόμενα ἂν μὴ ἐν βίβλοις ἀλλ' ἐν ψυχαῖς κείμενα, τοὺς τε ἐταίρους σοφωτέρους ἂν ἐσομένους ἐν ψυχῇ παρακαταθεμένους τὰς ἐπιστήμας καὶ μὴ γράμ- 40
μασι θαρροῦντας ἀμελεῖν τῆς ἐνδελεχοῦς ἐν ψυχαῖς ἕξεως. ὑπομνήσεως γάρ,

proloquar, nec a me unquam, quis ille fuerit, quisquam intelliget. Dabo hoc necessitudini nostrae, qua simul olim iuncti fuimus, ne fiat nostra causa praesentibus posterisque invisus. Dabo consuetudini meae, qui hanc maledicendi licentiam exhorui semper atque exsecratus sum, cum praesertim
 5 defendenti Platonem nihil hoc praesidii allaturum sit nec satis ultionis exigi ab adversario posse videatur, si mutuis cum illo convitiis egerimus. Nam cum ea Platoni obiecerit, quae de omnibus, qui unquam fuerunt scelesti atque perversi homines, vix credibilia viderentur, quid tandem in eum ipsum calumniatorem dici pro merito posset? Respondebo autem non ad singula,
 10 quae adversarius obiecit, — longum enim id esset et paene infinitum, — sed tria illa, quae supra memoravi, summatim attingam. Primo sapientiam Platonis atque doctrinam, mox scriptorum eius cum nostris similitudinem et argumentorum contrariorum dissolutionem, tunc probitatem morum vitamque integerrimam explicabo.

16 **Cap. II.** Quam ob causam Plato de summis rebus aut nihil aut per aenigmata scripserit.

Sed quoniam ad ostendendam Platonis ignorantiam praecipuum hoc 2, 1 argumentum adversarius affert, quod nulla artium praecepta, sicut Aristoteles fecit, pro communi omnium utilitate conscripserit, et hac maxime ratione
 20 invehitur in Platonem ignarumque omnium scientiarum conatur ostendere, primo causam, cur Plato disciplinarum praecepta praesertim de rebus divinis vulgo tradenda non duxerit, afferemus. Deinde aliis quoque rationibus adversario respondebimus.

Constat profecto inter omnes doctos praeceptum illud Pythagoreorum, 25 quos secutus est Plato, imprimis observari solitum, ne quid ex iis, quae in eorum schola dicebantur, in vulgum emitteretur. Auditoribus vero in quinquennio integro nihil omnino vel interrogare praeceptorem vel de iis, quae dicebantur, percontari licebat. Audiebant dumtaxat, quae a praeceptoribus legebantur, et taciti secum volvebant. Peracto vero quinquennio, qui digni
 30 iudicabantur, admittebantur in socios, indigni a consortio reiiciebantur. Secreta divinarum rerum per omnem vitam occulta tenebant, ne quid ad externos ac minus dignos homines exiret. Quae res similis esse praecepto illi evangelico videtur: »Nolite dare sacra canibus, nec proiciatis margaritas vestras ante porcos.« Quin etiam haec non litteris, sed voce tantum et
 35 praeceptores discipulis tradere et discipulos inter se communicare fas erat, quasi tutius custodiri altiores illae de rebus divinis sententiae possent, si

4 καὶ ταῦτα τοιοῦτοις B V] U^x in marg. | 7 πάντα B V τὰ πάντα U | 8 ὁ λόγος B V] U^x add. ὁ | 18 καιριώτερον B V] U^x corr. ex κυριώτερον | 14 καιροῦ τυχῶν U^x B² in marg. V M Z in textu | 26 σχολασάντων U B V σπουδασάντων M